




Handwritten text, possibly a signature or date, in cursive script.

131



Veteris, & adhuc durantis,
Excusatorio - votiva
TESSERA AMORIS

Anno M DCCIX. Die 26. Novembr.

Facibus:
GIRISIANO - MULLERIANIS,

Fausto omine lucentibus,
Bona mente jacta :|

à ||
PETRO PAULO FEKNONE,
Scholæ Torgensis Con-Rectore.



TORGÆ,
Literis JOHANN. ZACHAR. HEMPEL

Mori, Giris, que nati debent
Me, non fuit creditur nupte,
Duo, non omnia tu habet,
A GENTORE TUO PERO.

VI

Hum modestum, sed mirans nudi,
Fecit nuptiam, tuasque tuas:
Ignotæ nuptiam NIMEN ille,
Cui meti nuptia tempore nupte.

V. T. 131





I.

N SPONSE, tractos hos modulos malè,
Thalia quos fert, jam mea debilis:
Quid quippe recti provenire,
Pulvere non celebri valeret?

II.

Quem cura fregit, vis quoque februm,
Ut damna stringam plura silentio;
Non huic facultas, esse talem;
Qualis erat Venusinus ille,

III.

Nosti, GIRISI, quæ mala deprimant
Me, nam fuisti creditus utique,
Duro meo olim Tu labori,
A GENITORE Tuo beato.

IV.

Illum molestum, sed minimè mihi,
Fecit triumphans tunc Pietas Tua:
Ignoscat alium NUMEN illis;
Qui mea viscera semper urgent!

V. Trahiè

X

V.

Trahit iuuentam, sapius improba
Vis, sed fatendum: quod viridis Tua
Ætas, magistrum nec semel me,
Læserit his stimulis acutis.

VI.

Sed, SPONSE florens, parito Tu mihi,
Tædas quod istas, non venerer Tuas,
Præfens, ut æquum postularer,
Officiumque meum requirit.

VII.

Sistam sed illis, ritè præces meas:
Istæ vocabunt angelicos choros,
Ne portet, ut fit, poma tandem
Aurea, forsitan Eris maligna.

VIII.

Ne fiat hoc: Tu diligitò Tuam,
Hæc diliget sic, Te pariter suum,
Librà quid ista, possit esse,
Dic, melius, peramande SPONSE.

IX.

Hoc ille prudens dicere vult Sophus,
Hortans maritum: debita solveret
Constans, Amicæ castiori,
Si timeat subitas querelas.

X.Ser-

X.

Servabis hoc Tu, SPONSE modestior,
Nam scis quid æquum, jura quid exigant;
Aut si recusares, Amicam
Non emeres, pretio minuto.]

XI.

Quid tardo, lentus, sed mea vota jam,
Quæ primus exstant, huic opera, scopus:
Sit vita talis, ceu faces sunt!
Læta! carens nebulis molestis!

XII.

Sit SPONSA Saræ, sit similis Tua!
Ut Te MARITUM, semper amet suum;
Servetque mores laude dignos,
Quæ decorata fuit Susanna.

XIII.

Sic non carebis, quo recrees torum
Potens Olympi Rex faciat! mea
Quod lingua promit, corde puro
Ne moduli mancant caduci.



AB 180007

ULB Halle 3
002 378 078



Sb.


VD 77





131

Hierischem



Veteris, & adhuc durantis,
Excusatorio - votiua

TESSERA AMORIS

Anno M DCCIX. Die 26. Novembr.

Facibus
GIRISIANO - MULLERIANIS,

Fausto omine lucentibus,

Bona mente iacta;

à

PETRO PAULO FEKNONE,

Scholæ Torgensis Con-Rectore.



TORGÆ,

Literis JOHANN. ZACHAR. HEMPE

(Faint mirrored text, likely bleed-through from the reverse side)

VI

(Faint mirrored text, likely bleed-through from the reverse side)

V. T. 131

(Faint mirrored text, likely bleed-through from the reverse side)

